

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3919

Auteur(s) : Simon de Cubitis, chevalier du roi [autre]

Bénéficiaire(s) :

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1282, avril

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Le chevalier Simon de Cubitis et le garde du baillage de Verneuil Henri Louvel rapportent l'estimation des domaines de Châteauneuf et Senonches.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 990, p. 254.

Texte établi d'après a

Venerabilibus dominis suis magistris scacarii, Symon de Cubitis, miles domini regis, et Henricus Louvel, custos baillivie Vernolii, seipso et quicquid possunt servicii et honoris. Noveritis quod, secundum mensuram nemorum et terrarum nobis traditam per Johannem Bouchart de Arneriis, mensuratorem forestarum domini regis, et secundum appressiacionem factam in terris, secundumque quantitatem reddituum, invenimus terram Castri novi et de Senonches cum earum pertinenciis, in hiis que de domino rege immediate tenentur, valere per annum mille ducentas sexaginta tres libras undecim solidos tres denarios turonenses, exceptis maneriis seu castris cum fossatis et stanno magno, cum quibusdam nemoribus que dicuntur nemora de Timbrays feodisque omnibus, [et] proprietate quarumdam rerum quas domina de Mailebois modo ratione dotalicii detinet tanquam usufructuaria, excepto eciam quodam manerio quod dicitur Traynel cum ejus pertinenciis, valoris sexaginta librarum redditus vel circa, quod manerium vir venerabilis magister Guillelmus de Novavilla modo tenet ex dono seu concessione domini Hervey de Leonya, militis, proprietate tamen dicto militi et suis heredibus reservata, exceptaque parte illa quam dominus Herveus habet in haulis de Castronovo. Partes autem appreciate sunt hee : primo, apud Castrum novum, redditus denariorum de termino Nathalis Domini, qui valent sex decim libras tres solidos quinque denarios ; quater viginti sex galline et dimidia valent viginti octo solidos decem denarios, videlicet quelibet quatuor denarios ; census de Alta rippa, triginta octo solidos sex denarios ; taillia de Castronovo in festo Sancti Remigii, duodecim libras decem solidos ; prepositura ejusdem ville vendita est et data pro sexies viginti libris per annum. De quibus debentur undecim libre et decem solidi pro elemosinis, videlicet : abbatisse de Fronte (sic) Evraudi centum solidos ; capitulo Carnotensi quadraginta solidos ; abbati Sancti Vincentii sexaginta decem solidos ; Hospitali de Ultra mare decem solidos ; hospitali Castri Duni, decem solidos. Restant centum octo libre decem solidi, in quibus dominus rex habet medietatem, videlicet quinquaginta quatuor libras quinque solidos, in qua medietate Hemericus de Rochaforte percipit quintam partem, videlicet decem libras septemdecim (sic) solidos ; restant quadraginta tres libre octo solidi. In alia autem medietate, videlicet in aliis quinquaginta quatuor libris quinque solidis, dominus rex habet et percipit terciam partem, videlicet decem octo libras viginti denarios. Summa remanens apud regem, solutis omnibus, sexaginta una libra novem solidi octo denarii. Fenestragium, quatuordecim solidos ; prata, septem libras ;

duo millia triginta unum arpentum et dimidium bosci, quodlibet arpentum tres solidos valens, valoris summa : trecente quatuor libre quatuordecim solidi sex denarii ; centum septem arpenta et dimidium terrarum de Altis Rippis, pro quolibet arpento tres solidos, valent sexdecim libras duos solidos, tres denarios ; quatuordecim arpenta quarterium et dimidium, sita apud Monnionseul, pro quolibet arpento octo solidos, valent centum quindecim solidos ; octo viginti septem arpenta et unum quarterium et due partes unius quarterii apud Villam novam, pro quolibet arpento tres solidos quatuor denarios, valent viginti septem libras decem octo solidos unum denarium. Summa valoris Castri novi secundum predicta : quater centum quinquaginta quinque libre quatuordecim solidi septem denarii. — Valor de Senonches : redditus denariorum in festo Sancti Johannis Baptiste, octo libras decem novem solidos sex denarios ; fenagium et fauchillagium, triginta solidos ; prata, centum solidos ; redditus in festo Sancti Remigii, viginti unam libras quatuordecim solidos quinque denarios ; galline quindecim solidos decem denarios ; taillia, quindecim libras tres solidos ; prepositura viginti quinque libras ; Villa monialium, viginti sex solidos decem denarios ; villa de Espinesiis, quatuor solidos et sex denarios ; quater mille et quingenta novem arpenta viginti pertiche bosci, pro quolibet arpento tres solidos, valent sexcentum sexaginta sexdecim libras septem solidos septem denarios ; ducenta quinquaginta arpenta, de quibus quinque bonate marnate sunt appreciate quatuor libras decem solidos pro qualibet bonata, quarum quilibet (sic) continet quindecim arpenta ad cordellum Sancti Mauricii, residuum autem appreciatum pro quolibet arpento tres solidos quatuor denarios, valet cum appreciacione predictarum quinque bonatarum quinquaginta unam libras quindecim solidos ; summa valoris de Senonches : octo centum septem libras sexdecim solidos. Summa valoris Castri novi et de Senonches insimul : mille ducentas sexaginta tres libras undecim solidos tres denarios, ut predictum est. Sunt enim quedam que non curavimus estimare vel exipere (sic), quia veniunt in contractu sine precio ad melioracionem vel diminucionem precii appositi in memoribus, videlicet minerium quod traditum est per annum modo pro quadraginta duabus libris, alta justicia et bassa ; garane talis pars qualem habebat dominus Herveus in tertiiis de boscis hominum seu subditorum castellanie Castri novi et de Senonches et eorum pertinenciis, dum tamen pertinencie cum dictis castellaniis de domino rege immediate tenerentur, quando dominus Herveus de Leonia possessionem predictorum habebat. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, mense aprilis.